Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Etymologiae

Isidorus <Hispalensis>

[Augsburg], 1472

Liber decimvs [...]

urn:nbn:de:bsz:31-128502

Visual Library

hoc est via in diuersa tendens. ¶ Friuolum est cum eo animo separantur·ut rursum ad seinuicem reuertãtur. Nam friuolum est velut quasse mentis & effluxe nec stabilis. Proprie aũt friuola vocantur·fictilia vasa inutilia. ¶ Tres autem ob causas ducit vxor. Prima est causa prolis·de qua legit in genesi· & benedixit eos dicẽs. Crescite & multiplicamini. Secunda causa adiutorii· de qua ibi in genesi dicitur. Non est bonũ homiem esse solum· faciamus ei adiutorium simile. Tercia causa incontinẽtie. Vnde dicit apostolus ut qui se non continet nubat ¶ In eligendo marito quatuor expectari solent· virtus·genus·pulcritudo·sapiẽtia Ex his sapientia potentior est ad amoris effectum. Refert haec quatuor virgilius de Enea· q̃ his dido impulsa est in amorem eius. Pulcritudine·quam sese ore ferens. Virtute·quam forti pectore & armis. Oratione. Heu quibus ille iactatus factis q̃ bella exhausta canebat. Genere. Credo equidem nec vana fides genus esse deorum ¶ Item in eligẽda vxore quatuor res impellunt homiem ad amorem. Pulcritudo. Genus. Diuitie. Mores. Melius tamen est si in ea mores querantur·q̃m pulcritudo. Nunc autẽ ille queruntur quas aut diuicie· aut forma· non quas probitas morum commendat. ¶ Ideo autem femine sub viri potestate consistunt·quia leuitate animi plerumq̃ decipiuntur. Vnde & equum erat eas viri auctoritate reprimi. Proinde & veteres voluerunt feminas innuptas q̃muis perfecte etatis essent propter ipsam animi leuitatem in tutela consistere Finit nonus

INCIPIT · LIBER · DECIMVS · DE · QVIBVSDAM NOMINIBVS · PER · ALPHABETVM · DISTINCTis

ORIGO · QVORVNDAM · NOMInũ IDEST · VNDE · VENIANT · Nõ PENE · OMNIBVS · PATET · Proinde quedam noscendi gratia huic operi interiecimus ¶ De · Quibusdam vocabulis hominũ per denominationem

Licet origo nominum vnde veniant·a philosophis eã teneat rationem·ut per denominationem vel deriuationem homo ab humanitate·sapiens a sapientia denominetur·q̃a prius sapientia·deinde sapiens·tamen claret alia

specialis in origine quorũdam nominum causa·sicut homo ab humo· vnde proprie homo est appellatus· ex quibus exempli gratia quedam in hoc opere posuimus

AEros vir fortis et sapiẽs ¶ Auctor ab augẽdo dictus Auctorem &iam feminino genere dici posse existi/mãt. Nam quedam sunt que in feminino flecti nõ possunt·ut cursor ¶ Actor ab agendo. ¶ Alumnus ab alendo vocatus·licet & qui alit et qui alitur alumnus dici potest·id est & qui nutrit·& q nutritur ¶ Amicus per deriuationem quasi animi custos. Dictus autem proprie amicus ab hamo id est catena caritatis. Vnde et hami ꝙ teneant ¶ Amator·turpitudinis q̃a amore torquetur libidinis. ¶ Amabilis autem ꝙ sit amore dignus ¶ Amasius eo ꝙ sit pronus ad amorem ¶ Astutus ab astu vocatus·qui est callidi & cauti nomis· qui possit sine peri/culo fortiter aliquid facere. ¶ Argutus quia argumentum cito inuenit in loquẽdo. ¶ Acer in vnam quamq; formam vegetus ac nimius ¶ Alacer a velocitate et cursu·quasi diceret alig̃ ¶ Armiger ꝙ arma gerat ¶ Alacris letus·alacriter gestiẽs·et nullius rei nouitate turbatus ¶ Agilis ab agendo aliquid celeriter sicut docilis ¶ Aemulus eiusdẽ rei studiosus· quasi imitator & ama/bilis·alias inimicus inuenitur. ¶ Aequus est secundum naturã iustus·dictus ab equitate hoc est ab eo ꝙ sit equalis. Vnde & equitas appellata·ab equalitate quadam scilicet ¶ Aequeuus ab eo ꝙ sit alteri equalis euo·id est coetaneus ¶ Arrogas eo ꝙ multum rogetur·& ille multum fastidiosus sit ¶ Audax proprie ꝙ arrogante ponitur ¶ Animosus ꝙ sit animis & viribus plenus ¶ Animatus ꝙ sit anio auctus·quasi animo firmatus ¶ Aelatus pro eo ꝙ seipm̃ super mensuram suam eleuet·dum magnus sibi videtur·de his quae agit. ¶ Attollens ꝙ se eleuet & erigat· ¶ Ambiciosus ꝙ honores ambiat ¶ Auidus dictus ab auẽdo· Auere enim cupere est ¶ Hinc & auarus. Nam quidem auarũ est progredi vltra q̃m sufficit. Auarus ex eo dictus·ꝙ sit auidus auri·& nunq̃m opibus expleatur· & quãtum plus habuerit·tã/tum plus cupiat·Flacci super hoc concordante sapientia·qui ait Semper auarus eget· Et. Salustius·ꝙ neq; auaricia copia neq; inopia minuatur ¶ Amarus a sapore translatum nomẽ habet· est enim insuauis· nec nouit quemq̃m ad consortium suum aliqua inuitare dulcedine. ¶ Adulter violator maritalis pudoris·

eo q alterius thorum polluit ¶ Anceps huc illucq; fluctuans·
ac dubius·istud an illud capiat·& in qua parte declinet anxius·
¶ Atrox q sit tetris moribq ¶ Abstemius a temeto id est vino
quasi abstinés a vino ¶ Ablactatus q sit a lacte ablatus ¶ Ae/
ger q agatur infirmitate vel tristicia ad tempus ¶ Aegrotus q
sit eger frequentius·sicut iratus & iracundus. ¶ Aerumnosus
a rumine dictus· q per inopiam miser factus· esuriat & sitiat.
¶ Auspex eo q auium auspicia intēdat·sicut auceps q aues ca/
piat ¶ Astrosus ab astro dictus·quasi malo sidere natus ¶ Ae/
normis eo q normam et mensuram excedat ¶ Abactor est fur
iumentorum & pecorum·quem vulgo abiegium vocāt·ab abi/
gendo scilicet ¶ Atramus & albatus·ille a veste nigra·iste ab al
ba ¶ Aduena eo q aliunde adueniat ¶ Alienigena eo q aliene
regionis sit·& nō eius vbi est. Item alienigena qui ex alia gente
genitus est·& non ex ea vbi est. ¶ Accola eo q veniens terram
colat ¶ Agricola a colendo agros·sicut siluicola. ¶ Assecla eo q
sequatur aliquem lucri causa. ¶ Assiduus dicebatur apud anti/
quos qui assibus ad erarium expensum conferendis preerat·&
in negocius quoq; publicis frequens. Vnde & per ss non per d
scribendum est ¶ Appartor nominatus·q appareat & videat·
& presto sit ad obsequium. ¶ Attentus ut aliquid audiens te/
neat ¶ Attonitus veluti furore quodam instinctus atq; stupe/
factus. Dictus autem attonitus a tonitrui strepitu·quasi toni/
truo stupefactus·& vicino fulgore·aut attactu proximus ¶ Al
lectus q sit palam electus. ¶ Abactus q sit ab actu remotus.
¶ Abortiuus eo q non oriatur·sed aboriatur & excidat ¶ Ad/
optiuus quia est adoptatus in filium ¶ Ambo ab eo q
nomen de greco latinu factum·littera tercia demutata ¶ Alius
de multis dicitur ¶ Alter vero e duobus dicitur ¶ Aequmanus
appellatus qui vtraq; manu gladio incunctanter vtitur

Beatus dictus quasi bene auctus· scilicet ab habendo
quod velit·& nichil patiendo quod nolit. Ille autem
vere beatus est· & qui habet omnia que vult bōa·&
nichil vult mali·ex his enim duobus beatus homo efficit ¶ Bo
nus a venustate corporis creditur dictus·postea et ad animum
translatum nomen. Num autem dicimus bonum·cui non pre/
ualet malum. Eumq; optimū·qui peccat minimū ¶ Benignus
est vir sponte ad benefaciendum paratus·& dulcis alloqo. Nō

autem multum distat benignus a bono·quia & ipe ad benefa/
ciendum videtur expositus. Sed in eo differt· qa potest bonus
esse & tristior·& bene quidem facere & prestare quod poscitur
non tamē suauis esse nouit consortio. Benignus autē sua cūctos
nouit inuitare dulcedine ¶ Beneficus a benefaciēdo alteri dicto
Vnde & beneficientia vocatur·que ꝓximo prodest ¶ Beniuo/
lus quia bene vult·nō tamen dicimus beneuolus· sicut nec ma/
leuolus. Sepe enim ex duabus partibus compositum nomen
aut priorem·aut sequentem literam corrumpit· Nam beneuolē
tia absurdum sonat ¶ Blandus dulcis·& inuitas ad familiarita/
tem sui. ¶ Brutus quasi obrutus·quia sensu caret·est enim sine
ratione·sine prudentia. Vnde & ille iunius brutus ex sorore tar
quinii superbi genitus·cum eundem casum timeret·quē frater
inciderat·qui ob diuitias et prudentiam ab auunculo fuerat oc
cisus·vtilem temporis simulauit stulticiam. Vnde & tā brutus
est cognominatus dum vocaretur iunius. ¶ Balbus a balando
potius q̄m a loquendo dictus·verba enim non explicat ¶ Inde
& blesus·quia verba frangit ¶ Buccogarrulus·q̄ ceteros oris lo
quacitate non sensu exuperet ¶ Biliosus q̄ semper sit tristis ab
humore nigro qui bilis vocatur. ¶ Baburrus stultus·ineptus.
¶ Biothonatus quod est bis mortuus. Thanatos enim graeco
sermone mors dicitur

¶ Clarus a celo q̄ splendeat. Vnde & clara dies ꝓ splen
dore celi. ¶ Celsus a celo dictus·q̄ sit sublimis & al/
tus·quasi celestis ¶ Castus primum a castratiōe nū/
cupatus· postea placuit veteribus & iam eos sic nominari qui
perpetuam libidinis abstinentiam pollicebātur ¶ Celes dictus
quia iter sibi facit ad celum. ¶ Celeber connubii expers·qualia
sunt nomina in celo·que absq; coniugis sunt. Et celebs dicitur
quasi celo beatus ¶ Celicola eo q̄ celum colat·est enim angelus
¶ Continens non solum in castitate dicitur· sed & iam in cibo
& in potu·in ira quoq; & vexatione mentis·& detrahendi libi/
dine. Et continens dicitur q̄ se a multis malis abstineat ¶ Cle
mens misericors·ab eo q̄ cluat id est ꝓtegat·& tueatur·sicut so/
let patronus clientem ¶ Concors a coniunctione cordis est ap/
pellatus. Nam sicut consors dicitur qui sortem iungit·ita ille cō
cors dicitur·q corde iungitur ¶ Concionator·consolator·allo/
cutor. Et inde dictus consolator·q̄ soli se applicat cui loq̄tur·

& solitudinem leuat alloqo suo. Hinc & solaciũ ¶ Consultus
est qui consulitur. Cui contrarius est inconsultus·q nõ accipit
consilium ¶ Constans dictus q vndiq; stat·nec in aliquã par/
tem potest declinari ¶ Confidens q sit in cũctis fiducia pleno
Vnde & cecilius. Si confidentiã habes·tunc fide oia. ¶ Cautus
a cauẽdo dictus. ¶ Callidus fraudulentus·quia callere nouit·&
male peritus. Callidum autem veteres non pro astuto tantum·
sed &iam ,p astute docto ponebant. Hinc & astutũ et versutũ
ab eo q animum cito vertat ¶ Cupidus a cupiendo multum·
id est a capiendo vocatus ¶ Clamosus quasi calamosus·a cala/
mo·scilicet q sonet. ¶ Calumniator falsi crimis accusator·a cal/
uendo id est frustrãdo & decipiendo dictus ¶ Calculator a cal
culis id est lapillis minutis quos antiqui in manu tenentes nu
meros componebant. ¶ Compilator qui aliena dicta suis per/
miscet·sicut solent pigmentarii in pila diuersã mixta cõtundere
Hoc scelere quondam accusãbatur mantuanus ille vates· cum
quosdam versus homeri transferens suis permiscuisset·& cum
compilator veterum ab emulis diceretur·ille respondit·magna/
rum esse virium·clauam herculi extorquere de manu ¶ Contu
max ab eo q contemnat ¶ Cromaticus quia non confunditur
nec colorem mutat. Grece enim croma color vocatur ¶ Contu/
meliosus quia velox est & tumet verbis iniurie ¶ Contecio sus
ab intencione vocatus·qui non ratione aliquid·sed sola pertina
cia vindicat. ¶ Contemptibilis vel quia contemptu habilis·vel
quia cõtemptus & vilis·id est sine honore. ¶ Crudelis hoc est
crudus·quem greci homon appellant per translationem·quasi
non coctus·nec esui habilis est enim asper et durus ¶ Carnifex
q carnẽ afficiat ¶ Cruciarius eo q sit cruce dignus. ¶ Collega
a colligatione societatis·& complexu amicicie dictus ¶ Coeta/
neus quasi compar etatis ¶ Complex quia vno peccato vel cri/
mine alteri est applicatus ad malum. Ad bonum vero nunq̃m
complicem dicimus ¶ Consors eo q ad eum pars pertinet bo
norum. Nam sortem veteres pro parte põebant. Consors ergo
q sit communis sorte. Sicut dissors dissimilis sorte ¶ Celer ap/
pellatus a celeritate·q a quod vsus eget vel exigit velocius facit·
¶ Confinialis ab eo q sit genere vel loco affinis. ¶ Colonus a
colonia vel ab agro colendo dictus ¶ Curator q curã ferat pue
ris· q a adhuc eius etatis sunt· ut negocia sua satis administrare

p 1

non possint ¶ Cognitor a cognoscendo causam dictus. ¶ Cli
entes prius colientes dicebantur·a colendis patronis. ¶ Captus
captiuus dicitur·quasi capite deminutus ingenuitatis· fortuna
enim ab eo excidit. Vnde & a viris peritis capite diminutus di/
citur ¶ Colomis a colúna vocatus·eo q̃ erectus & firmissimus
sit ¶ Comptus a coma dictus·q̃ sit formosus capillis·vel quia
comam nutrit. ¶ Calamistratus a calamistro id est acu ferrea·
in calami similitudine facta· in qua crines obtorquent· ut crispi
sint·quam in cinere calefacere solent·qui capillos crispant·ut ca/
lamistrati sint. ¶ Corpulentus q̃ sit corpore validus & lentis
carnibus ¶ Crassus a sagina corporis·a creando carnes ¶ Com
messor a comedendo satis· est enim gule ac ventri immoderate
deditus ¶ Caupo pessimus de vino aquá faciens. ¶ Candidus
canus· dictus a candore·quasi candor datus· studio eni accedit
candor. Nam album vocari nature est. ¶ Cecus appellatus· q̃
careat visu·est enim luminibus amissis. Cecus est q̃ vtroq̃ ocu/
lo non videt. ¶ Caducus a cadendo dictus·id est lunaticus·eo
q̃ certo lune tempore patiatur ¶ Confusus a confessiõe sceleris
appellatus. Inde & confusio ¶ Conuulsus dicitur cui sua vi ali/
qua adimuntur. Vnde & conuulsa nauis· cuius eminentia vi
tempestatis adimuntur. Vnde & virgilius. Vix septem cõuulse
vndis·quasi mutilate ¶ Consumptus totus sumptus et deuora
tus ¶ Conciliatrix ob societatem flagiciose consensionis dicta·
eo q̃ intercurrat alienumq̃ nundinet corpus. Hanc & iam & le
nonem vocant ¶ Circumforanus qui vacationis causa circum
forum & conuentum vagatur ¶ Colligiatus carpentatus

Ominus per deriuationem dictus· q̃ domui presit·
& cuncte familie dominetur. ¶ Dissertus doctus·a
disserendo dictus·disposite enim disserit. ¶ Doctus
a dicendo. Inde & dictor ¶ Docilis non q̃ sit doctus·sed quia
doceri potest·est enim ingeniosus·et ad discendum aptus ¶ Di
scipulus a disciplina dictus. Disciplina autem a discendo vocat
¶ Dispensator vocatur cui creditur administratio pecunia rũ·
& ideo dispensator· quia prius qui dabant pecuniam non nu/
merabant eam·sed appendebãt. ¶ Diues ab ere vocatus·vel diu
vescens ¶ Decorus perfectus·a decem ¶ Dulcis decens·compo
situs·a numero decem dictus. Hinc & decorus et decibilis ¶ Di
rectus eo q̃ in directum vadit. ¶ Dilectus a diligẽtia. Hec sunt

enim signa diligendi ¶ Delibutus de oleo vnctus·ut athlete so
lent·vel in certamine pueri. Hinc et delibutū gaudio id est per/
fusum vel plenum ¶ Delicatus ꝙ sit delicius pastus·viuens in
epulis et nitore corporis ¶ Defessus semper infirmus·quasi diu
fessus ¶ Debilis ꝙ per bilem factus sit fragilis. Bilis enī humor
est afficiens corpus ¶ Decolor ꝙ desit illi color. ¶ Desperatus
vulgo vocatur malus ac perditus·nec iam vllius prospere rei·di/
citur autem per similitudinem egrorum·qui affecti· & sine spe
deponuntur. Consuetudo autem erat apud veteres· ut desperati
ante ianuas suas collocarētur· vel ut extremum spiritū redderēt
terre· vel ut possent a transeuntibus forte curari·qui aliquando
simili laborauerunt morbo. ¶ Degener aut ignobilis·aut ꝙ sit
impari genere·aut si dum sit optimo genere natus·inhoneste ta
men viuit. ¶ Decrepitus ꝙ morti sit propior·quasi ad mortis
tenebras crepat·sicut crepusculum tempus noctis. Alii dicunt
decrepitum· non qui senectute auulsus est·sed qui iam crepare
desierit·id est loq cessauerit ¶ Depreciatus ab eo ꝙ sit vilis·nec
aliquo precio dignus. ¶ Dirus preparcus & teter·quasi diuina
ira in id actus. Nam dirum dicit quod diuina inferī ira. Alias
dirus magnus. ¶ Desciens valde sciens. Hic enim de augentis
est·ut terēcius. Deamo te sire. Debiscens vel desciens. Hic enim
de augentis de amore desidere ¶ Despiciens eo ꝙ deorsum aspi
ciat·vel cōtemptui habeat. ¶ Dolosus insidiosus·vel malignus·
ab eo ꝙ deludat· ut enim decipiat ocultam malicia blandis ser/
monibus ornat ¶ Dubius·incertus·quasi duarū viarum ¶ De
lator dictus·eo ꝙ detegit quod latebat. ¶ Dilator quia differt
ad proferēdum ¶ Desidiosus tardus·piger·a desidendo vocatus·
id est valde sedendo. Idem & residens a residendo· de enim hic
augentis est ¶ Delirus mēte defectus per etatem·a potoylirum·
Vel ꝙ a recto ordine·& quasi a lira aberret. Lira enim arationis
genus est·cū agricole facta semente dirigunt sulcos·in quos ois
seges decurrit. ¶ Demens idem qui amens·id est sine mēte·vel
ꝙ diminutionem habeat mentis. ¶ Desipiens eo ꝙ minus sa/
pere incipit q̄m ꝙ solebat ¶ Damnatus & damnabilis quorū
prior iam addictus est· sequens potest addici. ¶ Degulator ꝙ
gule sit deditus

Loquens profusus eloquio ¶ Exertus in loquendo
expeditus. Exerere enim proferre vel expedire est·vel

expendere ¶ Eruditus quia nõ rudis·sed iam doctus est ¶ Ex
pertus multum peritus·ex enim hic pro valde ponit ¶ Expers
vero qui est extra peritiam & intellectum. ¶ Exornatus valde
ornatus·ex enim hic ,p valde ponitur· sicut excelsus quasi valde
celsus ¶ Eximius quasi valde eminens. ¶ Efficax dictus·quia
nullam difficultatem habet in qualibet re facienda. Hinc & effi
ciens a faciendo dictus. ¶ Exspes q̃ sit sine spe. ¶ Expers qa
extra partem·caret enim parte. ¶ Exsors quia extra sortem est·
¶ Exsul quia extra solum est suum·quasi trans solum missus·
aut extra solum vagus. Nam exulare dicuntur qui extra solum
eunt· ¶ Extorris qui extra terram suam est·quasi exterris. Sed
proprie extorris cũ vi expulsus·& cũ terrore solo patria eiectus
Et extorris ex terra sua pulsus. Extorris extra terram·aut extra
terminos suos quia exterretur ¶ Exterminator nõ ille q vulgo
sed qui deicit & expellit a terminis ciuitatis·
¶ Extermiatus ab eo q̃ sit extra terminos suos eiectus. Sic &
externus·eo q̃ sit aliene terre ¶ Egenus & egentes sine gente·&
sine genere indigentes ¶ Exiguus multum egens·ex enim pro
valde ponitur. ¶ Exilis tenuis q̃ possit q̃muis per angustum
exire·siue sine ilo ¶ Exesus quasi percomesus·est enim aridus·te
nuis·& exilis ¶ Exhaustus qa consumptꝰ est·et inanis effectꝰ
¶ Exsanguis q̃ sit extra sanguinem ¶ Exanimis est mortuus
Exanimis autẽ & exanimus dicimus· sicut vnan imus & vna/
nimis·inermis & inermꝰ·et hoc nostro arbitrio subiacet ¶ Ex
ustus dicitur de quo nichil superest·quasi valde vstus·ex enim
pro valde ponitur. ¶ Exosus ab odio dictus. Nam antiqui &
odi dicebant & osussum· hinc est exosus quo vtimur·licet iam
osus non dicamus ¶ Effractor q̃ sit expugnator claustrorum.
¶ Exiciosus eo q̃ multis exitio sit. ¶ Executor ab exequendo.
Idem & exactor ¶ Efferatus mente ferina effectus·& vltra hu/
manum modum excedens ¶ Effrenatus ab eo q̃ sit preceps·&
pronus·& sine freno rationis ¶ Eunuchus grecum nomen est·
quod est spado. Horum quidam coeunt·sed tamen virtus in se
mine nulla est·liquorem enim habent· & emittunt·sed ad gig/
nendum inanem atq̃ inualidum ¶ Effeta ab eo q̃ sit frequenti
fetu exhausta. Partus enim eam assiduus debilem reddit

FAcundus dictus·quia facile fari potest ¶ Facetus·q
iocos & lusus gestis et factis ꝯmedat·a faciẽdo dictꝰ

Frugalis a fruge nominatus·id est a fructu vel parsimonia
siue ut alii volunt a modestia & temperantia. Fenerator qui
pecuniam deponit apud debitorem·quasi fenoris auctor. Nam
fenus pecunia est. Fenerator autem latine dicitur·q dat mutuũ
& qui accipit Flamines pontifices idolorum. Foelix dicit
qui foelicitatem dat. Foelix qui accipit· Et foelix per quẽ datur
foelicitas·ut foelix tempus·felix opus Fidelis pro eo q̃ fit ab
eo id quod dicit vel promittit bonum Facilis a faciendo nec
tardus Firmus vnde & formosus Fortis quia fert aduersa
vel quaecunq; acciderint·siue a ferro q̃ sit durus nec molliatur.
Formosus a forma dictus. Formum enim veteres calidum
& feruens dixerũt·feruor enim sanguinem mouet·sanguis pul/
critudinem. Foedus nomen habet ab hirco & hedo·f littera
addita. Nunc veteres in graui significatione ponebant·ut. San/
guine fedante quos ipse sacrauerat ignis Fragilis dictus·eo q̃
facile frangi possit Fessus quasi fissus·nec iam integer salute·
Est autem generale. Dicimus enim fessus animo· ut terencius·
Fessus valde resedit. Et fessus corpore·quod magis est propriũ.
Et fessus rerum a casu venientium Fatigatus quasi fatis agi/
tatus. Formidolosus a formo id est sanguine dictus·cum se
a cute vel a precordio fugiens contrahit sanguis. Nã timor san/
guinem gelat·qui coactus gignit formidinem. Vnde est illud.
Gelidusq; coit formidine sanguis. Formidolosus autẽ cum sit
timidus·& timendum significat Fatuus ideo estimat dictus
quia neq; quod fatur ipse·neq; quod alii dicũt intelligit. Fatuos
originem ducere quidam putant a miratoribus fatue fauni vxo
ris fatidice·eosq; primum fatuos appellatos· q̃ preter modum
obstupefacti sunt vaticiniis illius vsq; ad amentiam. Fautor
ab eo q̃ faueat & consentiat Fictor appellatus a fingendo et
componendo aliquid sicut capillos mulierũ linit & pertractat·
vnguit & nitidat. Fallax q̃ fando id est loquendo decipiat.
Feruidus iracundus·ira enim inflammatur. Frendens q̃
minando frangat dentes & comprimat Ferox ab eo q̃ ferita/
tem exerceat ut bestia Fur a furuo dictus est·id est fusco. Nã
noctis vtitur tempore Factiosum inter obprobria cum sedi/
ciosum accipi volumus·cũ vero gratiosum·ac potentẽ·& quasi
magne factionis. Facinorosus a facti commisso nũcupatus
facit enim quod alteri nocet Flagiciosus eo q̃ freqntius flagitet

atq; appetat libidinem ¶ Furcifer dicebatur olim q ob libidinis delictum cogebatur a dominis ignominie magis q̃m supplicii causa furcam circa viam ferre· predicans peccatum suum·& monere cæteros·nequid simile peccarẽt ¶ Futilis vanus·superfluus loquax. Et est metaphora a vasis fictilibus· que cassa et rimosa non tenent que inieceris ¶ Fornicaria vel fornicatrix est cuius corpus publicum & vulgare est. Hec sub arcuatis prosternebat̃ quae loca fornices dicuntur. Vnde & fornicarie·virgilius. Atq; aduerso fornice ¶ Fecunda a fetu dicta·quasi fetu habunda·est enim partu frequens feta ¶ Flens quasi lachrimis fluens ¶ Fugitiuus nemo recte dicit̃·nisi qui dominũ fugit. Nã si paruulus puer a nutrice vel ab scolis discesserit·fugitiuus non est

¶ Gloriosus a frequentia claritatis dictus·pro c g littera commutata ¶ Gloriosus a laurea dictus·quae datur victoribus ¶ Gnarus sciens. Cui contrarius est ignarus nesciens ¶ Grauis venerabilis. Vnde & cõtemptibiles leues dicimus. Grauis pro consilio & constantia dictus·quia nõ leui motu dissilit·sed fixa constãtie grauitate consistit ¶ Grandeuus q; sit grandis euo ¶ Gratus gratiam seruans. Sed gratus tãtum animo. Gratissimus & animo & corpore dicitur. ¶ Gratificus ab eo q; gratis faciat bonum. ¶ Gratiosus q; plus vnicuiq; q̃m meretur tribuit. ¶ Garrulus ,pprie dicitur qui vulgo verbosus dicitur·accedente leticia nec valens nec volens tacere· sumptum nomen a graculis auibus· quae importuna loquacitate semper strepunt·nec vnq̃m quiescunt. ¶ Ganeo luxuriosus & tanq̃m in ocultis locis et subterraneis·que ganea greci vocant ¶ Glutto a gula·id est gulosus.

¶ Humilis quasi humo accliuus ¶ Honorabilis quasi honore habilis·hoc est aptus ¶ Honestus q; nichil habeat turpitudinis. Nam q d est honestas nisi honor perpetuus·id est quasi honoris status. ¶ Humanus q; habeat circa homines amorem & miserationis affectum. Vnde & humanitas dicta·qua nos inuicem tuemur ¶ Habilis q; sit ad habendum commodus atq; aptus ¶ Honerosus plus est q̃m honoratus·sicut sceleros̃us plus est q̃m sceleratus ¶ Hirsutus ab eo q; sit hirtus & pilis horridus ¶ Hipocrita greco sermone in latinum simulator interpretatur·q dum intus malus sit· bonũ se palam ostendit. Hipo enim falsum crisin iudicium interptatur

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

vel qui ignorat·vel qui ignoratur ¶ Immemor qui oblitus est perdit enim memoriam ¶ Inscius quia sine scientia est ¶ Idiota imperitus grecum est. ¶ Imperitus sine peritia. ¶ Inconsultus ab eo q̃ non accipiat consilium. ¶ Item inconsultus qui est sine consilio·& inscius rerum atq; ignarus ¶ Ineptus apto cõtrarius est·quasi inaptus ¶ Inops qui sine terra est·opem enim terram intelligimus·quia opem fert fructificando. Alii inopem intelligunt non sepultum·inhumatum·cui nec animam habenti surrexit tumulus. ¶ Ignobilis eo q̃ sit ignotus & vilis & obscuri generis·cuius nec nomen quidem scitur ¶ Ircosus quia sudore corporis fetido putet ¶ Ignotus ignobilis·vel ex improuiso veniens. ¶ Improuisus dictus·eo q̃ subito sit· & non porro antevisus ¶ Index ꝓditor ab indicãdo. ¶ Indigena vocatus·q̃ inde sit genitus·id est in eodem loco natus. ¶ Impudens eo q̃ ab eo pudor & pudicicia procul sint ¶ Impudicus a pudore vocatus pudorem enim fetorem dicunt ¶ Incestus propter illicitã commixtionem vocatus· quasi incastus·sicut qui virginem sacram vel affinitatis sue proximam violauerit vel stuprauerit. ¶ Internecida est qui falsum testimonium fecit·& ob id hominem occidit ¶ Inficiator negator·quia non fatetur·sed contra veritatem mendacium nititur. ¶ Interceptor ꝓprie dicitur·qui inter duos de medio tollitur ¶ Insidiosus q̃ insidiat. Nam proprie insidere est dolose aliquem expectare. Vnde & insidie nominate sunt. Incincta id est sine cinctu·quia precingi fortiter vterus nõ permittit ¶ Inuestis id est sine veste·nondum enim habet stolam·quod est signum maritalis virginitatis ¶ Iscurra vocatur·quia causa esce quemlibet consectatur

Catholicus vniuersalis·grecũ enim nomen est· karus graecum nomen est·sicut & karitas. Vnde & eukaristia sacrificium·id est bona gratia

Loculentus ab eo q̃ sit lingua clarus·et sermõe splendidus ¶ Lector dicitur a legendo id est percurrendo Vnde & nauis dicitur legere quicquid transit. Nam legit transit preterita·ut. Crebris legimus freta concita terris. Vtẽ lector a colligendo animo que legit· quasi collector· sicut illud. Qui legitis flores ¶ Loquax non est eloquens. ¶ Lactus a latitudine ¶ Locuples quasi locis plenus·& possessionum plurimarum possessor·quẽadmodum docet tullius de republica in libro

secundo. Multaq; ditione ouium & boum· q; tunc erat res in
pecoribus & in locorum possessionibus·ex quo pecuniosi et lo
cupletes vocabantur ¶ Liberalis dictus ab eo q; libenter donet·
nec murmuret largus ¶ Longus a linea dictus·ꝓpter q; sit por
rectus ¶ Longeuus quasi longi eui et longi temporis ¶ Longa
nimis siue magnanimis· eo q; nullis passionibus perturbat·sed
ad vniuersa sustinenda patiens est. Cui contrarius est pusillani
mis·angustus·& in nulla tribulatiõe subsistens·de quo scribit.
Pusillanimis vehementer insipiens ¶ Leuis ob inconstantiam
vagationis appellatur· quia leui motu mentis nunc ista·nunc
illa desiderat. ¶ Lubricus ab eo q; labitur. ¶ Labens interdum
velox·ut.Labere nipha polo·& labere pēnis.Cursu enim lapsus
celerior est ¶ Latro insessor est viarum·a latendo dictus. ¶ La/
nista gladiator·id est carnifex tusca lingua appellatus·a laniēdo
scilicet corpora ¶ Lacessitor per translationem dictus a canibus
vel a feris·que solent lacerando prouocare ¶ Lenon conciliator
stupri·eo q; mentes miserorum blandiat·& deliniendo seducat·
¶ Libinosus ab eo q; faciat quod libet. ¶ Libidinosus a libero·
quia puellarum corpore pingitur. ¶ Luxuriosus quasi solutus
in voluptates.Vnde & membra loco mota luxa dicunt ¶ Lasci
uus q; sit laxus·id est solutus et vanus ¶ Limphaticus q; aquā
timeat·quem greci ydrophobam vocant. Limphaticus proprie
dicitur qui vicium ex aqua contrahit·cuius vicium est huc atq;
illuc currere·a fluore aque sumpto vicio.Sed poete iam hoc ge
nus nominis pro furiosis vsurpant. ¶ Luridus q; sit pallidus·
a loro dictus·q; huiusmodi habeat cutem ¶ Leprosus a pruritu
nimio ipius scabiei dictus.Vnde & per p scribi debet ¶ Luscus
q; lucem ex parte sciat· sicut luscioſus·qui vesperi nichil videt.
Luscos coclites dixerunt antiqui.Vnde & ciclopas coclites legi
mus dictos·qui vnum oculum habuisse perhibentur ¶ Lotus
lautus id est mundus. ¶ Lupa meretrix·a rapacitate vocata·q;
ad se rapiat miseros & apprehendat

Misericors a compatiendo aliene miserie vocabulum é
sortitus & hinc appellata misericordia·q; miseri cor
faciat dolentis aliena miseria.Non aūt occurrit vbiq;
haec ethimologia. Nam est in deo misericordia sine vlla cordis
miseria. ¶ Mactus magis auctus gloria·& est nomē tractum
a sacris·quotiēs enim thus aut vinum super victimā fundebat

dicebant·mactus est thaurus vino vel thure·hoc est cumulata
est hostia & magis aucta. ¶ Munificus dictus·vel quia alicui
munera multa dat·vel quia munus suum id est officium quod
debet adimplet. Sic & munifex quia munera fert ¶ Magnani/
mis ab eo q̃ sit magni animi· & magne virtutis. Cui cõtrarius
est pusillanimis ¶ Magnificus autem a magna faciendo voca/
bulũ traxit ¶ Mansuetus mitis vel domitus·quasi manu assue/
tus. ¶ Modestus dictus a modo & tempore·nec plus quicq̃m
nec minus agens ¶ Mitis lenis & mansuetus·& cedens impro/
bitatibus·& ad sustinendam iniuriã tacens quasi mutus ¶ Mu
tus quia vox eius non est sermo·sed mugitus·vocalem eni spiri
tum per nares quasi mugiẽs emittit ¶ Memor vel quia memo/
riam tenet·vel q̃ memoria tenetur ¶ Magister maior in statiõe
Nam steron grece statio dicitur ¶ Minister minor in statione
siue quia officium debitum manibus exequitur ¶ Maior mior
minimus·a numero monadis·q̃ post eum nõ sit alter ¶ Maxi/
mus aut meritis·aut etate·aut honore· aut facundia·aut virtute·
aut omnibus magis eximius. ¶ Modicus·paruus·sed abusiue.
ceterum rationabilis ¶ Moderatus a modo scilicet & tempera/
mento ¶ Mediocris q̃ modicum illi sufficiat. ¶ Miser proprie
eo q̃ omnem foelicitatem amisit. Secundum autem ciceronẽ
,pprie mortuus· q̃ in tusculanis miseros mortuos vocat· ppter
q̃ iam amiserint vitã ¶ Miserabilis q̃ sit miserie habilis ¶ Me/
stus naturaliter·tristis nõ casu· est enim a natura mentis & ani
mi. Vnde & mestus ¶ Mendicus dictus·quia minus habet vi
tam vnde degat. Siue q̃ a mos erat apud antiquos· os claudere
egeno·& manum extendere·quasi manu dicere. ¶ Mendax q̃ a
mentem alterius fallat ¶ Malignus quia malicie votũ vel opus
peragit ¶ Malus appellatus a nigro felle· quod greci melan di/
cunt. Vnde et melancolici appellantur homines q̃ cõuersationẽ
humanam refugiunt & amicorũ carorum suspecti sunt ¶ Ma/
licios̃us deterior malo·quia frequenter malus·a malo aũt peior
dicit̃·a bono melior ¶ Melior dictus quasi mollior·nõ durus·
aut ferreus. Nam melius quasi mollius ¶ Minax a facie oculoꝝ
quando furiose ardescunt·ut videns amplius pertimescat ¶ Mi
nator est monitor· sed monitor dicitur cum pronunciat bona·
Minator autem cum pronunciat aduersa ¶ Mulcator eo q̃ blã
dis verbis mulceat ad declinãdum animum·translatio a mulsõ

id est q̃ acceptum lenire solet fauces dolentis·aut oppletum sor
dibus stomachum ¶ Metatores appellantur q̃ castra designãt·
a metiẽdo scilicet. Lucanus. Hesperios audax veniat metator in
agros ¶ Mollis q̃ vigorem sexus eneruati corporis dedecore &
quasi mulier emolliatur ¶ Macer a macie·& macies a macia·eo
q̃ immoderata libido macros faciat. ¶ Mancus manu ancus.
¶ Moribundus morienti similis. Sicut vitabundus viuenti si/
milis. Quando enim dicimus mortiurus est·vere moriturus ẽ·
moribundus autẽ non vere·sed similis morienti est ¶ Meretrix
dicta·eo q̃ precium libidinis mereatur. Inde & meritorie taber/
ne. Nam & milites cum stipendia accipiunt·mereri dicuntur.
¶ Morio a morte vocatus·eo q̃ nõ vigeat intellectu. ¶ Mulio
dictus a mulis·eo q̃ presit eisdem vehiculis

N Obilis non vilis·cuius & nomẽ·& genus scit ¶ Nu
bilis ad nubendum habilis ¶ Nemo ab hoie tractũ
est·id est ne homo·quod est ,p nullo ¶ Nullus autẽ
quasi ne vllus. ¶ Nihili compositum est ex nil & hilo. Nilum
autem varro ait significare medullam eius ferule quam graeci
vocant·et sic dici apud nos nihilum·quem admo
dum apud grecos videtote ¶ Neq̃m a malo distinguũt·alii per/
nicioſum·alii nugam existimãtes·ut ait monacius·hic adoleſces
neq̃m· non malus·id est nugax· perniciosus. Alii confundunt
quasi vtrunq; vnum idemq; significet. Neq̃m q̃ nec quicq̃m sit
id est ex eo q̃ nihil sit veteres dictum esse voluerunt. ¶ Neuter
neq; iste·neq; ille·quasi diceret nec vter. ¶ Nefarius non dignus
farre·quo primo cibi genere vita hominum sustentabat̃. ¶ Ne/
fandus id est nec nominandus quidem ¶ Nuncius est q̃ nun/
ciat·& quod nunciat̃·id est angelus kataggelia· sed nuncius ipe
homo·genere masculino·id vero quod nuciatur·genere neutro·
ut hoc nunciũ·et hec nuncia ¶ Nazareus id est sanctus dei. Na
zareus olim dicebatur qui sanctam comam nutriebat· & nihil
contaminatum conspiciebat·abstinens se a vino omniq; sicera·
que mentem ab integra sanitate peruertit ¶ Nugas autẽ hebreũ
nomen est. Ita enim in ,pphetis est expositum·vbi dicit sopho/
nias. Nugas eiu a lege recesserunt· ut nosse possimus linguam
hebraicam·omnium linguarum esse matrem. ¶ Nugigerulus
appellatus ab eo q̃ sit garrulus·turpis nuncius. ¶ Neglegens
quasi nec legens ¶ Nepos dictus a genere quodam scorpionũ·

BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

¶ Predo est qui populando alienam inuadit prouinciã. Predo ab abigendo predas dictus·& predo q̃ predam habet. ¶ Preda/tor hoc est cui de preda debetur aliquid ¶ Plagiator a potupla/gio id est obliquo·q̃ nõ certa via gradiãt·sed pelliciendo dolis· ¶ Pirate sunt predones maritimi· ab incendio nauiũ transeun/tium·quas capiebant dicti. Nam piron ignis est. ¶ Pugillator qui de manu in manum numerorum aliquid subtrahit. ¶ Pe/culiator pro eo q̃ sit pecunie publice defraudator. ¶ Proditor ꝓ eo q̃ detegit. Item proditor perditor·ut. Vnius ob irã ꝓdimur· ¶ Perfidus quia fraudulentus est·& sine fide· quasi perdens fi de ¶ Periurus quia perpere iurat·id est male iurat. ¶ Periurus autem in verbo r nõ habet. Nã peiero & deiero dicimus ¶ Pre uaricator male fidei aduocatus·et qui vel in acusando nocitura vel in defendendo profutura pretereat·aut inutiliter dubieq̃ po nat·mercede non gratia licet corruptus. Cicero. Quid enim tam preuarum est·id est valide varum. ¶ Pellax dolosus & fallax·a pelle id est vultu· foris enim ut fallat arridet· sed nequiciam intus gerit. ¶ Profanus quasi porro a fano·sacris enim illi non licet interesse. ¶ Parricida ꝓprie dicit̃ interfector parẽtis·q̃muis quidam veteres hunc parenticidam dixerint·qui hominem oc/ciderat·quoniam parricidium et homicidiũ quocunq̃ intelligi possit·cum sint homines hominibus pares ¶ Persecutor nõ sem per pro malo intelligitur. Vnde & persecutor perfecte secutus. ¶ Publicanus est qui vectigalia publica exigit·vel qui per pub lica negocia seculi lucra sectãt·vnde & cognominatus est ¶ Pec cator a pelice·id est meretrice vocatus·quasi pelicator· quod no/men apud antiquos tantũ flagiciosum significabat·postea tran sit hoc nomẽ in appellationem omnium iniquorum. Peccator item a pectoris caterua cognominatus·pro eo q̃ inibi oculta de lictorum conduntur. ¶ Prostitute meretrices· a prosidendo in meritoriis·vel in fornicibus ¶ Pelex apud grecos proprie dicit̃· a latinis concuba·dicta autẽ a fallacia·id est versucia·sub dolosi/tate vel mendacio ¶ Procuruus quasi per longũ curuus ¶ Pa/uidus est quem vexat trepidatio mentis. habet cordis pulsatio/nem·cordis motum. Nam pauere ferire est. Vnde & pauimen/tum ¶ Petre autem & rupes a duricia saxorũ nominantur. ¶ Pu sillanimis a pusillo animo ¶ Petulcus dictus ab appetẽdo. Vn et meretrices petulcas vocamus ¶ Pisinnus productus ¶ Pelli/

catus vir sanctus·solitudini deditus

QVestor a querendo dictus·quasi quesitor ¶ Questuosus querimoniosus ¶ Querulus q̄a querelam infert ¶ Quietus q̄ sit ipe sibi anio securus·neminē tangēs

REligiosos ait cicero a relegēdo appellatos·q̄ retractāt & quasi relegunt·ea que ad cultum diuinū pertineāt Hi sunt dicti religiosi ex relegendo·tanq̄m ex eligendo eligentes·ex diligendo diligentes· ex intelligendo intelligentess ¶ Ratiocinator dictus·vir magnus·quia de omnibus rebus quas esse mirabiles constat·possit reddere rationē ¶ Retractator repetitor. Nā retractare est repetere quod omiseras. ¶ Resipiscēs eo q̄ mentem quasi post insaniam recipiat· aut quia resipit· qui sapere desierat·castigat enim seip̄m dementie·& confirmat animum suum ad rectius viuendum·cauens ne iterū corruat ¶ Repentinus a repente ¶ Repente autem aduerbium & nomen potest esse ¶ Robustus fortis·validus·a fortitudine robore arboris appellatus ¶ Rapidus velox pedibus ¶ Raptor eo q̄ corruptor Inde & rapta·eo q̄ corrupta est ¶ Reus a re·de qua obnoxius ē· Et reatus a reo est nūcupatus ¶ Reus maiestatis primū dictus qui aduersus rempublicā aliquid egisset·aut quicunq; hostibus consensisset. Dictus autem reus maiestatis· quia maius ē ledere patriam·q̄m ciuem vnum. Postea autē et hi rei maiestatis dicti sunt·qui aduersus maiestatem principis egisse viderētur· vel q̄ leges inutiles reipublice detulerāt·vel vtiles abrogauerāt ¶ Rixosus a ritu canino dictus·semper enim ad contradicendum paratus est·& iurgio delectat̄·& prouocat contēdentem ¶ Rusticus dictus·q̄ rus operetur·id est terram

SApiens dictus a sapore· quia sicut gustus aptus est ad discretionem saporis ciborum·sic sapiens ad dinoscentiam rerum atq; causarū·q̄ vnūquodq; dinoscat· atq; sensu veritatem discernat. Cui contrarius est insipiens·q̄ sit sine sapore·nec alicuius discretiōis vel sensus ¶ Studiosus quasi studiis curiosus. ¶ Sanctus a veteri consuetudine appellatus· eo q̄ hi qui purificari volebant·sanguine hostie tangebātur· & ex hoc sancti nomen acceperunt ¶ Sincerus quasi sine corruptione. Cui cōtrarius est insincerus·viciatus·corruptus ¶ Supremus summus·ab eo q̄ superemineat. Vnde & supremas partes dicimus ¶ Sublimis ab altitudine vocatus honoris. Nā ꝓprie

ſublime dicitur quod in alto eſt·ut. Sublimemq; ferēs ad ſidera
celi. ¶ Speciosus ab ſpecie vel aſpectu·ſicut formoſus a forma.
¶ Sollers q; ſit ſolicitus in arte & vtilis. Sollers enim apud an/
tiquos dicebatur·q; erat omni bona arte inſtructus. Terencius.
Adoleſcentem ſollertem dabo ¶ Superſticioſos ait cicero appel
latos qui totos dies precabantur & immolabāt·ut ſibi ſui liberi
ſuperſtites eſſent ¶ Sollicitus quia ſollers·& citus atq; inqetus
¶ Sedulus familiare verbū terencii·hoc eſt ſine dolo·alias aſſi/
duus ¶ Sodales dicuntur·qui ad ſimbolum conuenire conſue/
uerunt·quaſi ſuadentes·ipi & ſocii dicuntur·propter periculi et
operis ſocietatem·quaſi in vna caliga·& in vno veſtigio manē/
tes. ¶ Stultus ebetior corde·ſicut quidam ait. Ego me ſtultum
eſſe exiſtimo·fatuum eſſe non oppinor·id eſt obtunſis quidem
ſenſibus·non tamen nullis. Stultus eſt qui per ſtuporem non
mouet iniuria·ſeuiciā enim perfert·nec vltus eſt· nec vlla igno/
minia commouetur ad dolorem ¶ Segnis id eſt ſine igne·inge/
nio carens. Se autem ſine ſignificat·ut ſedulus ſine dolo ¶ Secu
rus quaſi ſine cura·id eſt frigidus·per quod inutiles accipimus
¶ Stupendus ſepius ſtupens ¶ Superbus dictus·quia vult ſu
per videri q̃m eſt· qui enim vult ſupergredi quod eſt·ſuperbus
eſt. ¶ Suſurro de ſono locutionis appellatus·quia non in facie
alicuius·ſed in aure loquitur de altero detrahēdo. ¶ Sediciosus
qui diſſenſionem animorum facit· & diſcordias gignit· quam
greci diaſtaſin dicunt ¶ Seuerus quaſi ſatis verus tenet enī ſine
pietate iuſticiā. ¶ Simulator dicitur a ſimulachro·geſtat enim
ſimilitudinem eius qui non eſt ipe. ¶ Suaſor decipies·id eſt in
ſua ſorte trahēs ¶ Scrupuloſus animi minuti & aſperi ¶ Scru/
por eſt enim arena durior ¶ Sacrilegus dicitur ab eo q; ſacra le
git·id eſt furatur ¶ Sicarius vocatur quia ad perpetrandum ſce/
lus telis armatus eſt. Sica enim gladius eſt·a ſecando vocatus.
¶ Sceuus ſiniſter atq; peruerſus·eſt enī peſſimi & crudelis ani/
mi ¶ Scenicus q in theatro agit. Theatrū enim ſcena ē ¶ Scor/
ta que a grecis quoq; ſcite vocabantur·quo defricantur pelles·q̃bus
corruptela fit ¶ Spurcus q; ſit impurus ¶ Sceleroſus ſceleribus
plenus· ut lapidoſus locus & arenoſus. Plus eſt autē ſceleroſus
q̃m ſceleratus. ¶ Sator ſeminator·vel pater a ſemine. ¶ Scurra
qui ſectari quempiam ſolet cibi gratia· a ſequendo. Igitur inde
curras conſtat appellatos·idem aſſecla a ſequēdo. ¶ Satelles q;

† vel ſequens uerū

adhereat alteri·siue a lateris custodia ¶ Suffectus in loco altius
suppositus· quasi suffactus. Vnde & consulem suffectum dici/
mus eum qui ꝓ alio substituitur. ¶ Secundus qui secus pedes
est· & tractus est sermo a sequentibus seruis pedissequis. Vnde
& secunda fortuna dicitur·ꝙ secundum nos est·id est ꝓpe nos
Vnde & res secunde·id est prospere. Secunde autem a sequendo
sunt dicte ¶ Stipulator promissor. Stipulari enim promittere ẽ
ex verbis iurisperitorum ¶ Sanus a sanguine·quia sine pallore
est ¶ Subtilis ab extenuatione dictus ¶ Sequester dicitur qui
certantibus medius interuenit·qui apud grecos omesus dicitur
apud quẽ pignera deponi solent·quod vocabulum ab obsequẽ/
do factum est·ꝙ eius qui electus sit vtraq; pars fidem sequatur
¶ Sessilis ꝙ non videtur stare·sed sedere. ¶ Surdus a sordibus
humoris aure conceptis·& q̃muis multis casibus accidat nomẽ
tamen eger ex predicto vicio retinet. ¶ Siccus ꝙ sit exsuccatus·
siue per antifrasin·ꝙ sit sine succo ¶ Sepultus dictus ẽ·eo ꝙ sit
sine palpatione vel sine pulsu·id est sine motu ¶ Sagio ab exigẽ
do dictus ¶ Sutor a suendis pedibus nominatur ¶ Subulcus
porcorum pastor·sicut bubulcus a cura boum

Vtor qui pupillum tuetur·hoc est intuetur· de quo
in consuetudine vulgari dicitur. Quid me mones? &
tutorem et pedagogum olim obrui ¶ Testes dicti ꝙ
testamento adhiberi solent. Sicut signatores ꝙ testamentũ sig/
nent. ¶ Tetricus mons in samnis asperrimus. Vnde & tristes
homines tetricos dicimus ¶ Taciturnus in tacendo diuturnus
¶ Trutinator examiator·ex iudicii libra perpẽdens recta transf/
latione a trutina·que est gemina ponderum lanx ¶ Tenax nu/
mi cupidior·ꝙ teneat interdũ·et pertinax ¶ Truculentus toruꝰ
terribilis·eo ꝙ sit toruo vultu·& turbulento aspectu·ut torua le
ena·&. Cernimus astãtes ne quicq̃m lumie toruo ¶ Turbidus
terribilis ¶ Teter ab obscura tenebrosaq; vita ¶ Teterrimus pro
fero nimium. Tetrum enim veteres pro fero dixerunt·ut ennius
Tetrosq; elefantes ¶ Terribilis quia timorem habet & timetur·
¶ Tergiuersator ꝙ animum quasi tergum vertat huc & illuc·
nec facile qualis sit intelligitur ¶ Temelentus a temeto id est vi
no dictus. ¶ Timidus ꝙ timeat diu·id est a sanguine. Nam ti/
mor sanguinem gelat· qui coactus gignit timorem. ¶ Turpis
ꝙ sit informis & torpeat

VIr a virtute. ¶ Vtilis ab vtendo bene sua·vel q̃ bene quid vti possit·sicut docilis q̃ doceri possit ¶ Verus a veritate. Hinc & verax·maior est veritas q̃m verus quia non est veritas a vero·sed verus a veritate descendit ¶ Veridicus quia verum dicit·& veritatis assertor est ¶ Verecundus quia verum factum erubescit ¶ Viridis vi et suco plenus ¶ Venustus pulcer·a venis· id est sanguine. ¶ Viuens id est viuus. ¶ Varius quasi non vnius viae·sed incerte mixteq̃ sententiae. ¶ Versutus eo q̃ eius mens in quolibet actu ad quamlibet artem vel fraudem facile vertitur. Vnde et versucia dicit̃ contorta sententia. Plautus. Versutior est q̃m rota figuralis ¶ Vilis a villa·nullius enī vrbanitatis est ¶ Versipellis eo q̃ in diuersa vultum & mentē vertat. Inde & versutus & callidus ¶ Violentus quia vim infert ¶ Vecors mali cordis·& male conscientie ¶ Vagus quia sine via ¶ Vanus a venere ethimologiam trahit. Item vanus· inanis·falsus·eo q̃ sine memoria euanescat. ¶ Vesanus porro sanus ¶ Vinolentus quia & satis bibit·& difficile inebriatur ¶ Vexatus id est portatus·ab eo quod est vebo·vexo·vecto ut vexasse sit et portasse ¶ Veneficus eo q̃ venenū mortis causa parauit· aut prestitit·aut vendidit. ¶ Vector quasi vehitor. Est autem vector & qui vehit·& qui vehitur. ¶ Venator quasi venabulator a venatione scilicet qua bestias premit. Quatuor autem sunt venatorum officia·vestigatores·indagatores·alatores·pressores

Finit liber. Decimus

INCIPIT · LIBER · VNDECIMVS
DE · HOMINE · ET · PARTIBVS · EIVS

NATVRA · DICTA · EST · AB · EO Q̃ · NASCI · ALIQVID · FACIAT GIGNENDI · ENIM · ET · FACIendi potens est. Hanc quidam deum esse dixerunt·a quo oīa creata sunt & existunt ¶ Genus a gignendo dictum·cui deriuatum est nomē a terra·ex qua oīa gignunt̃. Ge enim grece terra dicitur ¶ Vita dicta propter vigorem·vel q̃ vim teneat nascendi atq̃ crescendi. Vnde & arbores vitā habere dicunt̃·q̃a gignunt̃ & crescūt ¶ Hō dictus·q̃a ex hūo factus ē